



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Commirii E Societate Jesu Carminum Libri Tres**

**Commire, Jean**

**Lutetiæ Parisiorum, 1678**

Ad Serenissimum Delphinum Symbolum Heroicum. Rex apum, quem  
examina comitantur. Lemma. Omnia in uno.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14818**

Salve pudoris urbs magistra rectique;  
 Rectum & pudorem moribus docens castis;  
 Censura viva Januæ meretricis;  
 Ancilla quondam, nuncque domina fortunæ;  
 Laboriosa pacis aureæ cultos;  
 Spectabilis pudica numinis conjux.  
 Salve beata, consecrata, cœlestis,  
 Divina. Quippe, quid tuas morer Divis  
 Æquare laudes; quando jam facis Divos?

*Geneva proxime  
lapis faculis Ja-  
nua vocata est.*

AD SERENISSIMUM DELPHINUM  
 SYMBOLUM HEROICUM.

*Rex apum, quem examina comitantur.*

LEMMA.

*Omnia in uno.*

**M**ELLITÆ volucres, apes tenellæ,  
 Quibus vel thyma, floreamve messem  
 Decerpisse labor: citæ hue quot estis  
 Obstrepentibus advolat e pennis.  
 Vobis ecce novus, rigens & auro,  
 Rex adest: licet esse jam quietis.  
 Nec deformè pecus timete fucos.  
 Hic alis teget, & teget lacertis.  
 Nec jam opus violis rosisque fusum  
 Nectar querere roscidos per hortos:  
 Hic & materiam dabit laboris,  
 Et simul pretium dabit labori.  
 Denique omnia suppetent in uno.

Bb